

# Franckesche Stiftungen zu Halle

**Dispvtatio Secvnda Eaqve Periodica Sacra Scriptvra**

**Dieterich, Martin**

**Francofvrti Ad Viadrvm, [1745?]**

**VD18 13450646**

Cap. IV. De mascula S. Scripturae dictione.

---

#### **Nutzungsbedingungen**

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

#### **Terms of use**

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

sacra scriptura vitæ honestæ et probæ regulas causasque  
tradi, vere gloriari possumus.

## CAP. IV.

## De mascula S. Scripturae dictione.

## §. I.

**L**audamus scriptorem, qui nec in puritate et elegantia dictionis nimis scrupulosus est, nec barbarie aut squalore lectoribus fastidium et obscuritatem creat, omniaque ordine concinno deducit. Agedum perlustremus monumenta Prophetarum atque Apostolorum: et oculorum nostrorum aciem praefringet styli simplicitas, conjuncta cum gravitate, solo Deo digna. Omnem eloquentiae secularis fucum et verborum lenocinia, ad captandos animos accommodata, et quaecunque ad jactantiam et ostentationem pertinent, Viri ḡeόπνευσοι removent, rectaque via, nullas latebras quaerentes, incedunt, mentes hominum percellunt, ad Dei mandatum provocant, ipsumque dicentem introducunt, ut facile appareat, quantum lupinis aera distent. *Dionysius Longinus περὶ ψευδῶν p. 20.* ex edit. Tanaquilli Fabri praedicat gravitatem in verbis Mosis: dixit Deus: fiat lux, et facta est lux. At videor mihi audire quosdam objicientes, ab ethnicis quoque Deos loquentes introduci. Annon vero puerilia et insulsa sunt, quae illis tribuuntur? Pudeat itaque nonnullos injustos eloquentiae ratiocinatores, qui ampullis et sesquipedalibus verbis delectati a S. S. lectione abhorruerunt. Scilicet hujus generis homines aliter judicascent, si ex ipso fonte aquas bibissent, neque solis versionibus, partim mancis, partim incomite scriptis acquieviscent. In uno Psalmo Davidis, in uno capite Prophetæ aut Apostoli aliquius plus divinae majestatis et sapientiae senties, quam si cunctos